

attentat. 2. p. cap. 4. in presat. non 99. & Nos etiam recitimus supra à num. 26. & 33. cum segg.

73 Tertium requisitum essentiale ad validitatem affixionis Cedulorum est *causa*, & nempe ob metum, & potentiam aduersarij, & non tunc accessum, cuius supra meminimus num. 73. ubi etiam diximus prius de hac causa debere constare, cui adde plures Rotæ decisiones per Veltium in *practico. Romana Curia lib. 4. cap. 2. num. 3. ibi: Quod si ad eum, qui citandus est, non pateat tunc accessus, vel alias caueat ne citari possit, solummodo in commissione, dum facultatem citandi postulamus addere clausulam (etiam per edictum publicum) quam signatura dare non conuenit, nisi cum temperamento, confiso summarie, & extraiudicialiter de non tuto accessu. per text. in Clem. 2. de iudicijs, & tunc opus est extraiudicialiter docere, & testes inducere, & Auditori de non tuto accessu fidem facere. Rota decif. 713. die quod in cap. dudum, de citationibus per edictum, & decif. 703. die quod citatio, eodem tit. in antiquis. Staphileus suo libello de literis gratis, & inst. charta 158. oportetque hoc casu testes saltem deponere, quod credant citandos non posse scire tunc personaliter, vel domi citari; Rota decif. 781. si quis de citationibus per edictum, in antiquis. Staphileus ibidem. Cassiodor. d. decif. 2. de dolo, & contumacia, exinde aliorum citationis Decretum obtinebit, &c.*

74 Vantius etiam de nullitate, ex defectu citationis, num. 127. ibi. Et quando Papa dat alteri hanc potestatem per simile edictum publicum citandi; consequitur apponi clausula, videlicet (confiso summarie de non tuto accessu) ut motis est. Vnde iudex talis antequam citationem per edictum discernat, debet saltem summarie testes examinare super metu, potentia, & non tuto accessu, seu impedimento, quæ ex aduerso prærenduntur, ut tenet Rota 704. die quod citatio, in antiquis, qui testes satis est, quod dicant, se credere impossibile fore, vel non esse tutum eisdem in personis, vel eorum domicilia citare, ut Rota decif. 693. nota quod aliquoties, in antiquis ponit Bart. in extraiud. ad reprimendum, in vers. Per edictum, in 1. colum. & Felinus in dict. cap. quoniam frequenter, colum. 1. 1. vers. Pro practica. dicit. Clement. & Cassiad. decif. 2. de dolo, & contumacia; & iuramentum ipsius partis super hoc non sufficeret, ut dicit. decif. 753. & 704. die quod citatio, in antiq. & ponit Felinus in loco supra citato, etiam iudex saltem summarie de præmissis non cognitis processum per edictum discerneret, processus huiusmodi non valeret, ut consiluit Decius consil. 460. viso puero, vel fin. num. 26. lib. 4. &c. idem etiam aliorum in causa propria Augustinus Barbosa de iure Ecclesiastico. lib. 1. cap. 39. §. 3. num. 66. & 67. & probant in iis terminis violentiæ, & recursus ad Regem plures Rotæ decisiones in vna Bracharenf. protinus referenda cumulatæ.

75 Et licet pro causa iusta non tuti accessus Rota moderna admittat, & habeat recursum ad Principem, ut in dictis decisionibus, & alijs plurimis citatis supra cap. 20. num. 3. cum segg. ea tamen inefficax est, & minus legitima in iure erit habenda, cum publicandus recursus apponatur, & apud cunctas Catholicas nationes publicè visitatur, non ob propriam suam, vel suorum potentiam (vt iura de hoc loquentia

requirunt) sed autoritate Principis, ad quem hæc Regalia competit; ut in iis terminis amplissime considerauimus supra hac 2. part. dict. c. 20. à n. 17. cum multis segg. idcirco nunquam talem & causam legitimam agnouit Catholicus hic supremus Senatus, tanquam impeditiuum, & directo impugnantem salubrem iustitiam quæ hunc recursum Regium, ut ibidem latius annotauimus; de quo alia etiam videbis in proposito supra hoc cap. à n. 10. cum segg.

Et ut pateat quod in iis Cedulonibus, & edictis publicè affigendis per Rotam pluries prædicta 77 tria requisita (nempe iurisdictionem, & causam) ad eorum validitatem copulatiuè semper desiderantur; referre volumus eiusdem Rotæ decisionem Bracharenf. Theofauraria 10. Martij 1632. coram R. P. D. Pirobano, quæ sic ait.

Quantum fuit an contra Balchafarem sit danda declaratoria, exindeque sit apponendum sequentium? Et affirmatiuè fuit resolutum, præcesserat enim legitima litterarum executoriarum intimatio, & seruati fuerunt quatuor termini ad docendum de partitione, iuxta stylum huius Tribunalis, quibus iam elapsis remaneat probata negatiua partitionis, Felinus in cap. Rodolphus n. 4. de rescriptis. Veltius in praxi libro 8. cap. ultimo. num. 19. ex qua desumitur contumacia, & per eam censura declaratur Abb. in cap. reprehensibilis. num. 2. de appellationibus, & in cap. 1. num. 10. de iudicijs, Cassiodorus decif. 5. num. 7. de constitutionibus, Mohedanus decif. 1. de sentent. excommunic. quod passim seruatur contra rebelles, & inobedientes, ut in Burgenf. præminentiarum. 8. Junij 1582. coram Cardin. Seraph. & 439. num. 1. & 591. n. 5. part. 2. reuert. in quibus alia decisiones referuntur.

78 Nec dubitari potest de legitima litterarum intimatiōe, & quamuis per edictum facta, quia conuertunt omnia ad sustinendum actum de iure requisita, nempe iurisdictionem, causam, & ordo iudiciarius.

Iurisdictionem est patens, quia non fuit processum ex ordinaria iurisdictione, propterea facta, si veratentur in foro Cæteato per Auth. qui semel. C. quomodo, & quando lud. Felin. in cap. quoniam frequenter, n. 13. ut licet non contestatas, sed vigote particularis rescripti, ut possit procedi per edictum confiso de non tuto accessu, quod erat necessarium de iure Canonico Clem. dudum, de iudicijs, ubi Glossa in verb. Papa, & segg. hoc annotarunt Felin. in cap. frequenter. numer. 13. Rota in addition. decif. 8. de dolo, & contum. in nouis, Vantius de nullitate ex defectu citat. num. 126. & Rota idem seruauit, & seruatur in launen. separatiōis thori. 8. Martij 1627. & in eadem causa 16. Februarij præteriti. coram D. meo Decano.

79 Causæ etiam non desunt, quæ iustificat non tutum accessum, & quia Balchafar solitus erat recurrere ad iudices laicos pro impediendo processu, & ne personaliter citaretur, ut ex relatione Notarij exhibita, quæ nedum sufficeret pro causa non tuti accessus; sed etiam ad hoc, ut posset dici personaliter citatus, Bald. in dict. cap. quoniam frequenter. §. porro, num. 2. ut licet non contestat. & idem fuit dictum in launen. census, 10. Ianuarij 1614. coram me, quando scilicet recursus concludenter est probatus. Præterea testes fuerunt examinati firmiter deponentes quod in Regno Lusitanæ non poterant exequi huiusmodi

huiusmodi mandata, & Decreta Rotalia; & alia quæ ab vrbe hac de re transmissa fuerunt absque iudicij Regiæ Coronæ beneplacito, quod sufficit ad hoc, vt dicatur constare de non tuto accessu, siue testes concludant non tutum accessum per impossibile; siue hoc credant difficile propter pœnas in Regijs constitutionibus comminatas, vt quis non audeat mandata intimare; Rota decif. 12. num. 2. de rescript. in antiquis; & idem firmat de stylo huius Tribunalis addit. ad decif. 5. num. 2. & 4. de rescriptis, in nouis, Cassiodor. decif. 2. de dolo, & contumacia, & idem fuit admissum in prædictis decisionibus launen. census 10. Ianuarij 1614. & in launen. separatiōis thori. 8. Martij 1627. &c.

Quantum attineret ad hanc decisionis partem, quod ex recessu ad Regem nullatenus inducatur legitima causa non tuti accessus, concluderet probauimus supra à num. 75. & à num. 19. & in cap. 20. à numer. 17. cum multis segg. quibus aperitissime offendimus, quàm improbabilis sit hæc Rotæ ratio, & assertio proueniens magis ex rigore, & odio, quò prosequitur miferos afflitos vim passos, recurrentes ad Regem pro propria defensione naturali. Et sic accedamus ad alia requisita eiusdem decisionis, in hanc modum prosequentes.

80 Ordo etiam (progreddent ipsam decisionem) de iure requisitus & sufficienter fuit seruatus, quia originales citationes probantur ex fide Curforis, & Notariorum, affixæ in solitis Curia; & in alijs duobus locis temporali ditioni vicinioribus, nempe Ciuitate Tipherni, & terræ aequipedij in valis earum respectuë maioris Ecclesiæ, ac insuper lectæ, & copiarum dimissæ, quæ omnia solent desiderari pro eadem forma adimplenda, Cassiodor. decif. 1. & 6. de dolo, & contumacia, Rota dicta decif. 5. de rescriptis in nouis. Agidius decif. 194. Puteus decif. 164. lib. 2. in correctis. Veltius in praxi lib. 4. cap. 5. num. 4. & Rota eandem praxim sequuta est in allegata decif. launen. separatiōis thori. coram D. meo Decano, &c. quam decisionem in causa propria adducit Augustinus Barbosa de iure Ecclesiastico lib. 1. cap. 39. §. 3. à num. 126. Et de alijs formalibus horum edictorum, & Cedulorum, & quomodo, & quibus in locis præcisè sint affigendi, vt ardent, &c. plenè, & specificè per Vantium de nullitate ex defectu citationis, à num. 124. cum multis segg. & Veltium in praxi Romana Curia libro 4. cap. 2. & 3. & ibi demum addit. Antonius Granatius, Lancellot. de attentatis 2. part. cap. 4. lite pendens. in præfatione, à num. 95. cum multis segg. quapropter si in affixione horum Cedulorum, & edictorum, quæ de Romana Curia adducuntur, aliquod ex prædictis formaliter requisitis deficiat, nulla, erunt ipso iure, nec ardebant, nec ligabant, nec illis fides aliqua danda erit.

CAPVT XXV.

In his causis, quæ vel iure speciali, vel tanquam Sedis Apostolicæ Delegatum ad Ordinarium pertinent, si in prima instantia impetretur commissio (absque tamen subscriptione propria manu Sanctissimi) an per Senatum reuocata, Ordinatio erit remittenda cognitio?

SVMMARIVM.

Iurisdictione perpetuè data ex privilegio, vel iure speciali Ordinario, non persona, sed dignitate, Ordinaria est, non delegata, num. 1.

Commissio certi generis causarum aggregata Ordinatio, ordinaria iurisdictione extensa intelligitur, non delegata, num. 2.

Iurisdictione certi generis causarum commissio Ordinaria vniuersaliter ordinaria potestate videtur, num. 3.

Certa causa perpetuè commissio Ordinario habito respectu ad officium sub or. in. r. a potestate comprehenditur, n. 4.

Iudex idem potest habere iurisdictionem Ordinariam generalem, & etiam Ordinariam specialem, n. 5.

Iurisdictionis concessio particularis casus facta perpetuè Ordinaria, ordinaria est, n. 6.

Causa Sedis Apostolicæ reseruat in quibus ob immunitatem necessitatem, aut difficultatem ad eam recursus disponit Ordinarius, ordinaria iurisdictionis dicitur, num. 7.

Causa pertinet perpetuè dignitati Ordinaria, non persona, ex privilegio Principis est iurisdictionis ordinaria, n. 8.

Si casus ex privilegio perpetuè datus est dignitati, non eligitur in dicitur persona, quia successores sunt incerti, num. 9.

Commissio specialis perpetuè facta dignitati transfert in Capitulum Sede vacante, quia est ordinaria, non delegata, n. 10.

In casibus specialibus perpetuè concessis dignitati, si in prima instantia commissio non subscriptione manu Sanctissimi impetrata sit reuocetur in Senatu causa Ordinaria remissa, n. 11.

In casibus à Tridentino commissis Ordinaria cum clausula etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, an commissio alteri impetrata absque subscriptione permissa dicatur Ordinarij instantia, à num. 12.

Reseruantur Censuræ Tridentini Decreta, quibus Ordinario casus committuntur cum clausula etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegati, ibi.

Ordinarius, cui causa à Canone committitur, etiam tanquam Delegato non procedere iurisdictione ordinaria, sed delegata à lege, qui renuerint, numer. 13. ubi prima opinio reseruat.

Et tunc non ad Metropolitanum, sed delegatorem esse ab Ordinario appellandum inferunt ipsi Doctores, num. 14.

Ordinarius delegatum à Canone Ordinaria procedere iurisdictione, qui absolute tenerent, n. 15.

Causa commissio Ordinario à Canone aliquando adente, vel detrahente à iurisdictione Ordinaria antea competens, tunc vis delegatus procedit, &

ad delegantem, non ad Metropolitanum appellatur, num. 16.
 Si causa non sit Ordinario à Canone commissa, etiam tanquam Sedis Apostolice Delegato, ei de iure communi competeat, ex citata censurata in iurisdictione Ordinaria, non autem translata in delegatum, num. 17.
 Et tunc ab Ordinario ad Metropolitanum appellatur, ibidem.
 Qui hanc tertiam distinctam opinionem teneant recensentur, num. 18.
 Commissio particularis facta Ordinario per Papam, addita clausula (tanquam Delegato, vel potestate nostra, &c.) in casu aliis de iure communi Ordinario pertinente, transferretur iurisdictione in delegatum, num. 19.
 Secus quando à Canone committitur, etiam aliqua ex dictis clausulis, num. 20. 21. & seqq.
 Et tunc non ad Papam, sed ad Metropolitanum appellatur, num. 22.
 Declaratio S. Congregationis, refertur, qua dicitur, à visitatione Episcopi facta tanquam Apostolice Delegati iuxta Tridentinam ad Metropolitanum appellandum fore, num. 23.
 Similis Declaratio S. Congregat. refertur, num. 24.
 Episcopus in visitatione commissa ex Trident. procedit uti Ordinarius, cum sibi de iure communi pertineat, num. 25.
 Doctores simpliciter firmantes Ordinarium procedentem Ordinaria, & delegata potestate, presumendum Ordinaria processisse, conteruntur, num. 26. & sequentibus.
 Ordinarius in causis sibi, aut à lege, aut Principe commissis, aut uti Ordinarius duntaxat, aut, uti Delegatus tantum, non utraque simul eo tempore procedere potest, n. 27.
 In commissionibus, per quas non excitata intelligitur Ordinarij iurisdictione, statim brevi manu, iurisque ministerio advocata in delegatam transfunditur, num. 28.
 Ordinario si sit facta commissio in casu aliis de iure communi sibi pertinente cum clausula, quod simul utraque potestate ordinaria, & delegata procedat, tunc in dubio ex ordinaria processisse intelligitur, num. 29.
 In casibus à lege, vel Principe Ordinario commissis, in quibus non alteratur ordinaria potestas, commissio non subscripta manu Sanctissimi alteri imperata per Senatum retinetur, causa remissa Ordinario, num. 30.
 Secus in casibus, qui denuo Ordinario committuntur cum clausula significante avocationem, qui de iure communi sibi non competeant, n. 31.
 In casibus exemptionum facta Ordinario commissio à Canone tanquam Delegato, &c. an uti Ordinarius, an uti Delegatus procedat, num. 32. & seqq.
 Ab Episcopo procedente iurisdictione delegata contra exemptos, ad Papam appellatur, n. 33.
 In causa commissi Ordinario contra exemptos uti Delegatum procedere dixit Erasmus à Chochier, num. 34.
 Contrarium, ut verius defendit Author, num. 35. & seqq.
 Ab Episcopo iuxta Concil. visitante Ecclesiam exemptas, etiam tanquam Sedis Apostolice Delegato appellatur ad Metropolitanum, n. 36.
 Exemptio supponit anteriorem subiectionem Ordinario de iure communi, n. 37.

Impedimentum exemptionis tollitur data Ordinario facultate à Canone, ut liberè in causa exempti procedat, num. 38.
 Semel avocationis, & exemptionis impedimento cessante in aliquo casu, Ordinarius ipso iure recuperat iurisdictionem in exemptum, n. 39.
 Impedimento semel cessante res faciliè reuertitur ad suam primariam naturam, num. 40.
 In terris recuperatis à manibus Maurorum statim subintrat privilegium Decimarum Regi Hispania concessum ab Urbano 11. saepe canonizatum per Rotam, num. 41.
 In Decimis Regibus applicatis per Papam, cessat iuris communis dispositio, n. 42.
 Res Ecclesie alteri concessa, & ab eadem Ecclesia recuperata primariam naturam libertatis simul recuperat, num. 43.
 Et etiam pro illa parte quam Ecclesia recuperavit in qua cessat impedimentum, & subintrat ius commune, ibidem, & num. 44.
 Decretum laica concessa ante Concil. Lateranense in feudum, reuertit ad Ecclesiam recuperant libertatem, & nequeunt iterum in feudum laicis, num. 45.
 Beneficium Curatum patronatus laici, devolutum ad Ordinarium, debet provideri per concessum, quia sublato impedimento, devolvitur pro illa vice ad liberam Ordinarij collationem, n. 46.
 Augustini Barbosa observatio, quod facta commissione à iure Ordinario in exemptos, procedat in eos potestate ordinaria, cum semel sublato sit impedimentum, & subintrat ius commune recuperatum, num. 47.
 Erasmus à Chochier contrarium sentiens manifestè convincitur, num. 48.
 In casibus exemptionum, in quibus à iure datur Ordinario cognitio, etiam tanquam Sedis Apostolice Delegato, commissio non subscripta retinetur per Senatum, causa ordinario remissa in prima instantia, num. 49.
 Casus in quibus Ordinarius procedit in exemptos, num. 50. remissive.

DELICITUS solet in Concilio Tridentino, aut etiam iure repetiri communi commissionem aliquam casuum fieri Ordinario, vel simpliciter per privilegium speciale à Sede Apostolica emanatum, vel ipsi tanquam Sedi Apostolicae Delegato. Et de primo igitur videamus, in quo communiter omnes fere Doctores conveniunt; ut quando vel ex Principis privilegio, vel iure speciali iurisdictione in aliquo casu, seu casibus competit ordinariam iurisdictionem habenti, non personam, sed seu dignitati perpetuò, seu officio, tunc talis iurisdictione non est delegata, sed omninò Ordinaria, atque potestatis Ordinariae iura habet, & consequitur, ut docent Barr. in l. ambrosiana, num. 34. ff. de decretis ab Ordin. faciend. Ioannes Andreas in addition. ad speculatores tit. delegato. §. ultimo, ad finem, vers. Legatus est Ordinarius. Bald. in c. final. num. unico, de officio Ordinarij. & ibi Immol. ad fin. Silvest. verb. delegatus, quest. 8. dub. 1. Couartou. lib. 3. variar. cap. 29. num. 2. in princip. & in num. 9. ad finem, & num. 10. & probant etiam Compendium Medicamentum in verb. absolutio Ordinaria quod fratres, ad finem, dubio 2. Passarellus in Compendio Minimorum, cap. 5. Pater Henriquez lib. 13.

de excommunicatione, cap. 24. num. 2. & facit doctrina Bald. in l. 1. ff. de officio Consul. & Felinus in cap. licet, num. 4. de officio Ordinarij. latissime & bene comprobatur Pater Sanchez in tract. de matrimonio. lib. 2. disp. 40. an. num. 13. cum seqq.
 Hinc est, quod si alias habenti iurisdictionem ordinariam fiat commissio, certi generis casuum, quae altere ad eius cognitionem non pertinebat, iure Ordinario videtur facta commissio, in quibus quidem potestate ordinaria procedat, & cognoscet, quia iurisdictione sua ordinaria ad praedictas causas de novo concessas videatur extensa. Lappus allegation. 88. Angelus consil. 414. num. 1. Baptista ad l. more, num. 26. & ibi Decius num. 56. & Purpuratus num. 35. ff. de iurisdictione omnium iudic. Bolognetus in l. 52. ff. de officio eius. Doctor Petrus Barbosa in l. cum procer. 12. §. 1. à num. 66. & à princip. ff. de iudiciis.
 Qui quidem num. 68. cum duobus seqq. firmat pro verissima resolutione, quod quando alicui Iudici Ordinario committitur certum genus casuum universali ter, procedit iure, & auctoritate ordinaria, quod & idem erit, quod habenti iurisdictionem ordinariam certa causa cognoscenda committitur, habita relatione ad officium, quia tunc iure Ordinatio videtur facta commissio, ex l. 1. in l. a glossa, verbo, specialiter, C. ne liceat potentia, quam extollit Bald. in l. à Iudice, num. 9. C. de iudiciis. Decius in cap. caeterum, notabil. de iudiciis, Purpuratus in dict. l. more, num. 15. Et sic evenit quod unus & idem Iudex habeat iurisdictionem ordinariam generalem, & etiam ordinariam specialem propter novam causam officio commissam, Bald. in cap. 1. num. 2. & ibidem Albarotus column. fin. de inuestitur. in mar. facta. Petrus Barbosa ubi proxime num. 69. qui num. 70. reddit rationem, quod quia quando concessio facta Ordinatio alicuius casus particularis perpetua est, censetur Ordinaria iuxta plenè relator per Crauetam in l. 295. num. 24. Menochium de praesumptionibus, lib. 2. praesumpt. 16. num. 8. cum seqq.
 Hinc est quod cum de iure communi aliqui sint casus, in quibus committitur Episcopo dispensandi potestas circa impedimentum occultum detinens matrimonium, atque absolvendi excommunicatos propter Clerici percussione, qui de iure Sedi Apostolicae sunt reservati, & Ordinario competit potestas ratione imminens necessitatis, quia difficilis est ad Pontificem recursum, & aditus, & in aliis casibus generaliter, qui Episcopo competunt ratione imminens necessitatis: tunc haec potestas Ordinario competit ex iurisdictione ordinaria, non delegata ex supradictis, & sic alteri hos casus posse delegare, probant in specie Enriquez lib. 1. de matrimonio. cap. 3. num. 2. Navar. lib. 1. Confessorum, in 1. editione, tit. de sententia excommunicationis consil. 15. num. 3. in editione vero 2. consil. 11. num. 4. tit. de privilegio. Pater Thomas Sanchez latissime, & docte, in tract. de matrimonio. tom. 1. lib. 2. disp. 40. q. 2. à n. 13. cum seqq.
 Et quando ex privilegio Principis aliquis casus pertinet ad Ordinarium uti Ordinarium, & ita ut habeatur respectus ad dignitatem in perpetuum, & ad officium, non autem ad personam, ut tunc, cum censetur Ordinaria, non delegata potestas commissio, possit delegare hunc

hunc casum specialem, probant generaliter Glossa in cap. fin. verbo, casibus de officio Ordinarij. vbi Ioannes Andreas num. 3. Antoni, num. 4. Bald. num. unico, Abbas num. 3. Immol. ad fin. Felinus in cap. fin. num. 8. de officio delegat. Iason in l. à Iudice. C. de iudiciis, num. 2. Silvester, verbo, Delegatus, quest. 8. dicto 1. & absolutio 4. quest. 2. §. 2. Angel. verbo, excommunicatio, casu 1. num. 39. Navar. summa cap. 27. Hispan. num. 41. Latina num. 45. & lib. 2. consil. in 1. editio, tit. de foro competent. consil. 2. num. 3. Couart. lib. 3. variar. cap. 20. num. 6. & num. 10. Compendium Medicamentum, verbo, absolutio Ordinaria quoad fratres, ad fin. dubio 2. Passarellus in Compendio Minimorum, cap. 15. Cordoba in summa, quest. 8. in initio, Enriquez lib. 6. de poenitentia, c. 7. num. 3. Ludovicus Lopez 1. part. instructorij, in 2. editione. c. 284. fol. 794.
 Et ex Silvestro, Angelo, & Navaro reddit rationem, quod Pater Sanchez ubi proxime dict. disp. 40. num. 17. quoniam quando ex privilegio perpetuò dignitati concessio fit, non potest dici nudum mysterium, & indistinctam personae fuisse electam & commissam. Item quoniam aliquid conceditur Praelatis praesentibus, & futuris in perpetuum, non potest dici electam esse indistinctam personae, cum personae incognita sit delegatio, ut tradit Iason in l. more, num. 65. ff. de iurisdictione omnium iudicium. Gregorius Lopez in l. 47. in fin. tit. 18. part. 3. cum Barr. & Panormit. quos refert Menoch. de arbitrar. lib. 1. quest. 64. num. 17. Sanchez ubi proxime num. 17. usque ad fin. vbi post alios concludit, ut cum haec sit potestas ordinaria, poterit Ordinarius generaliter delegare hos casus specialiter commissos, more cuiuslibet Ordinariae potestatis.
 Infert etiam ipse Thomas Sanchez in eade n. tract. de matrimonio. tom. 3. lib. 8. disp. 2. à n. 10. & seqq. quod haec concessio iure specialiter facta perpetuò Ordinariae dignitati transeat in Capitulum Sede vacante, cum Episcopali dignitati competat, & pertineat ex iuridice one ordinaria, non delegata, quia illa omnimodo transeat, ista nullatenus.
 Hoc igitur casu resolvendum venit per necessariam consequentiam, quod ut commissione in obtenta, non servata forma Concilij Trident. de reformatione, cap. 20. & abque subscriptione propriae manus Sanctissimi: causa in Ordinario per Senatum remittenda; cum ordinaria iurisdictione manifestè laedatur, eiusque primam percutiat instantiam Ordinario merito praefereatur.
 Quando autem in aliquorum casuum à iure, vel à Concilio Tridentino commissio sit Ordinario non simpliciter, sed adhibita qualitate, & clausula (etiam tanquam Sedis Apostolicae Delegato) de qua habetur in cap. abolendam, in fin. de haereticis, qua etiam frequenter videtur Concil. Trident. in multis capitulis, ut in sess. c. 2. & in sess. 6. de reformat. cap. 2. 3. & 4. & in sess. 7. cap. 6. 8. & 14. & in sess. 14. cap. 4. & in sess. 21. cap. 5. 7. & 8. & in sess. 22. cap. 3. 5. 6. 8. & 10. & sess. 24. de reformatione, cap. 9. 10. 11. & 14. & sess. 25. cap. 8. & 9. quibus quidem omnibus capitulis tribuitur Episcopis potestas procedendi in casibus per ea relatis, tanquam Sedis Apostolicae Delegatis; an tunc per commissionem imperatam absque subscriptione propriae manus sanctissimi prima instantia percutiatur Ordina-

rij, eiusque ordinaria iurisdictione laesa censetur, ita ut per Senatum in protectionem aditum eidem sit ordinario faciendi remissio: maior extat difficultas.

13 Etiam tunc non censeri concessam iurisdictionem ordinariam, si nec Ordinarium tunc procedere potestate ordinaria, sed delegata, quando ita à lege, vel Canone causa delegatur, atque ita legis, vel Canonis esse Iudices Delegatos; sicutant Abb. in capit. irrefragabili. §. ceterap. num. 1. & ibi Ancharan. num. 10. ad fin. de officio ordinarij. Abb. in cap. ad abolendam. num. 15. & 16. & ibi Anania num. 25. & Felin. num. 3. de heretico. Zabarella in Clem. 1. num. 4. in §. opposicione, & in num. 141. de supplend. negligentia Prelat. & ibi Bonifac. num. ... & Immola videndus num. 18. latissime Zabarella ad dict. cap. ad abolendam. §. 1. ex num. 2. de heretico, Alexand. in l. more maiorum, num. 13. ff. de iurisdictione, omni iudic. & in l. 1. num. 8. de officio eius. Nauarr. lib. 3. tit. de regularibus, cons. 83. num. 6. in §. qui omnes inferunt ex hoc, & quod cum sit in his causis Delegatus non Ordinarius, & delegata, non ordinaria iurisdictione procedat Episcopus, non ad Metropolitanum, sed ad Pontificem delegantem appellatio erit proponenda iuxta iuris regulam, quod à Delegato ad delegantem erit appellandum, cap. super questio §. porro, de officio Deleg. cap. si delegatus, cap. is, cui, cap. si à Delegato, de officio Delegat. in 6. l. 1. in princip. & in §. 1. & l. 3. ff. si quis, & à quo appellat.

15 Secunda opinio plurium Doctorum est dicente contraria, arbitrantium si huiusmodi Delegatos à Canone, vel lege non proprie Delegatos appellari, sed Ordinarios dicit, quia ordinariam iurisdictionem videntur exercere, eidem à Canone, vel lege tributam, ut tenent Gloss. d. c. irrefragabili, §. ceterum verb. super hoc Delegatus. Berouus in rubric. de officio Deleg. num. 57. ad fin. Zabarella in Clem. vno. num. 4. in §. opposicione, de supplenda negligentia Prelator. & ibidem Anchar. num. 8. citat Hostiensium, & alios hanc opinionem sectantes, quorum ratio potissima est; nam iurisdictione, quae tribuitur à lege, non delegata, sed ordinaria dicitur, ut tradit Fulgos. in l. 1. num. 7. ff. de officio eius, cui mand. est iuris, Specul. in tit. de officio Ordin. §. constituit. m. 10. & alij plerumque à Cenedo in questio. Canonica. §. 14. n. 3.

16 Sed verior, & receptior opinio est Doctorum distinguendum in hac controversia, si quam ita recte, & iuridice componunt: etenim aut causa committitur Episcopo à lege, vel Canone aliquid addendo, vel minuendo, sua ordinariae iurisdictioni, quam non ita omnimodam habebat, antequam ei fuisset commissa; & tunc non Ordinarius, sed Delegatus Iudex reputabitur, appellandumque erit ab eo ad Summum Pontificem. Si autem cognitio dictae causae indistincte ad Episcopum pertinet de iure communi; per dictam simplicem commissionem cum praefata clausula (tanquam Sedis Apostolicae Delegatus, & similibus) ex citata dumtaxat dicitur eius iurisdictione, commissioque talis iussus, non verò delegatio nuncupabitur, & eo in casu ad Metropolitanum erit interponenda appellatio, cum non censetur alterata Episcopalis Ordinaria potestas, nec tacite auocata, aut commutata, nec Ordinarij ius videtur tunc

tollere voluisse Summum Pontificem per commissionem, argum. legis 2. Summo, & §. si quis à Principe: ne quid in loco publico, & quae per illum text. tradunt Alciatus & Regul. 3. praesumpt. 17. Anania in c. ad petitionem, num. 4. de accusat. Altan. in collect. 9. 6.

Et supradictam opinionem, & concordiam referunt & sequitur Maranta de ordine iudicior. 4. p. distinct. 5. num. 77. Felin. in c. licet, in corrigend. ex princ. de offic. Ordin. Mathesil. singulari, 89. Vbi latè Gabriel Saray. in addit. Felin. in c. eam te, num. 11. vers. Quarta differentia, de rescript. & in c. cum ex offic. ex num. 19. in fin. de praescript. Abiles. in 9. Pratorum, in verb. commission. n. 6. Mandos. in Glossa sacralitatis, in §. si que vers. Ordinarius, in fin. & Boetius de off. 1. 1. ex num. 5. lat. in Lius civile, ex num. 2. ff. de iust. & iur. Alciat. Reg. 3. praesumpt. 35. num. 3. Portoles ad Molinum in §. commission. ex num. 1. & in §. Index, num. 27. & Menoch. lib. 2. praesumpt. 16. num. 24. Bobadill. Politic. lib. 2. cap. 21. num. 26. in lit. B. vbi plures referunt, & alios plurimos cumulat Paul. Granatus theorem. 21. plures alios citat Cenedus in collectan. ad Decretales, 157. ipse Cenedus in questio. Canon. 34. à num. 7. & per tot. August. Barbol. in collectan. ad c. licet, in corrigendis, 12. de officio Iudic. ordin. num. 1. Quaranta in summa Bullar. verb. Archiepiscopi auctoritas, pag. 83. D. Petrus Barbol. in l. eum Praetor. §. 1. num. 34. ff. de iudicis, Menoch. de arbit. 9. 12. à num. 4. Azeved. in rubric. 9. lib. 3. noue Recopil. num. 17. & 18. Molin. de iust. & iur. tom. 6. tract. 3. disp. 24. num. 1. vers. Quando vero Erasmus à Choquier de iurisdictione ordinarij in exemptis, 2. p. 9. 14. Alois. Riccius p. 2. collectan. 43. optime Thomas Sanchez in tract. de iurisdictione, lib. 8. disp. 2. sub num. 7. num. 10. Sigism. Scac. in tract. de appell. sub n. 86. extensio. p. tot. & à n. 87. cum seqq.

Vnum tamen vitale, & valde necessarium circa hanc distinctionem verissimam praeter ceteris annotabimus, si quod quando in aliquo casu 19 partit. nati & singulari commissio sit Ordinatio simpliciter super eo, quod aliis sibi de iure communi competeat potestate ordinaria; excitata videatur potius Ordinarij iurisdictione, non delegata, quando verò non simpliciter, sed addita aliqua clausula, pro ut potestate Apostolica, aut auctoritate nostra, aut tanquam Delegatus, & similibus clausulis significantibus, & indicantibus commissionem Delegatam, tunc videtur superior iurisdictionem ordinariam inferioris Ordinarij mutare in delegatam, ut cum Menoch. Azeved. Molin. Era. à Choch. & Alois. Ric. in locis supra citatis obseruat Aug. Barbol. in collect. ad c. licet in corrigenda, 12. numer. 2. de officio Ordinarij, & alij plures ex haecenus relatis.

At verò quando à lege seu Canone commissio alicuius causae, & aut casus sit simpliciter 20 Ordinarij, ut Ordinatio, & ut perpetuo adhaereat dignitati, & officio Ordinarij; tunc indistincte potestate ordinaria non delegata procedit in illo casu, qui ad iurisdictionem ordinariam censetur additamentum, pro ut superius ad princip. huius capituli latius comprobauimus.

Si verò addatur hoc casu clausula (tanquam Sedis Apostolicae Delegatus, & vel auctoritate nostra cognoscens vel tanquam delegatus à nobis, & simili

similibus) tunc eadem erit distinctio supra dicta tertia, & verioris opinionis, ut si fiat ista commissio super eo quod semota commissione, ad Ordinarij potestatem spectabat, non delegata iurisdictione de nouo tribuitur; sed ordinaria, quam iam habebat excitata censetur. Secus quando non competeat Ordinatio, ut cum iudicio perpendit Cenedus in collect. ad Decretales. 157. per totam, & latius, atque clarius in questio. Canon. 34. per totam, licet non ita clarè, & distinctè, optime Pat. Thomas Sanchez de matrim. tom. 3. lib. 8. disp. 2. sub num. 10. Zerola in praxi Episcopali, 2. p. §. visitatio, vers. Tertio, in fin. Et praefatas distinctiones tandem post opinionum relationem hallucinavit Aug. Barbol. in Pastoral. tom. 1. allegat. 92. per totam, praecipue à num. 11. vers. Ex quibus ut omnis equiuocationis occasio, &c.

22 Et ipse Cenedus in d. collect. 157. sub num. 1. post medium, ita ait: Quod animaduertendum censet pro intellectu quamplurimum textuum sancti Concilij Tridentini, in quibus conceditur Episcopis, ut procedere valeant in causis tanquam Delegati Sedis Apostolicae; si enim cognitio earum causarum praefatis Episcopis indistinctè pertinet de iure communi per dictam simplicem commissionem earundem causarum, licet excitata videatur, non tamen reuocata censetur eorum ordinaria potestas, & eo in casu ad Metropolitanum valebit appellatio, cum suam iurisdictionem, nec ius suum videatur tollere Summum Pontifex per talem commissionem, argument. l. 2. §. merito, & si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, & faciunt tradita per Alciatum Regul. 3. praesumpt. 11. Anani in cap. ad petitionem, num. 4. de accusationibus, Nauarrus in c. si quando, de rescriptis, except. 14. fol. 70. vers. Non facit quod Princeps. Alphanus in collect. n. 956. &c.

Et ipse Cenedus in dicta questio. Canonica. 34. num. 7. per totum, ad finem ita ait: Unde quando Concilium Trident. dicit: Tanquam Sedis Apostolicae Delegatus, hoc facit ut maiori auctoritate fiat illud, quod praecipit, & magis timeatur non verò, ut detoret iurisdictioni ordinariae, Zerola 2. part. visitatio, vers. 3. in fin. &c. & videndus per totam quæstionem, quia à principio hoc ita clarè dicit.

23 Et ita in terminis declarauit & Sancta Congregatio Cardinal. declaratione 484. in hac verba: Si in visitatione appellari contigerit ab Episcopo suffraganeo, etiam tanquam Sedis Apostolicae Delegato, pro Sacrum Concilium Tridentinum, session. 24. capitul. 10. de reformatione, debet appellari ad Metropolitanum quoad deuolutionem, non quoad suspensionem, pro ut session. 22. capitul. 1. de reformatione, quam referunt Zerola vbi proxime, Cenedus dict. questio. Canonica 34. num. 4. Eandem etiam declarationem ad litteram refert Alphonfus Villadiego in speculo Visitatorum, folio 55. num. 31. Quam etiam ad litteram recenset Erasmus à Cochier. in tractat. de iurisdictione ordinarij in exemptis, part. 2. q. 14. num. 4. tom. 1.

24 Et est similis declaratio & Sanctae Congregationis super capitul. 18. session. 24. de reformatione, his verbis: Et, qui exhibuit Bullam Parochiae sibi resignatae Episcopo Cesenatensi, & reiectus est ab examine, de quo fidem examinatorum offert, visum est, dandam appellationem ad suffra-

ganum Raunenens. Quam declarationem offert Flaminus Parisius de resignatione, lib. 10. quest. 7. num. 25. Barbofa in Pastoral. 2. tom. allegat. 92. num. 13.

Reddentes omnes rationem, quia quae in visitatione suffraganeus Episcopus facit, iure 25 Ordinatio facit, quia sibi visitatio de iure communi competit; quam etiam reddunt Marienus lib. 5. Rocopilat. l. 14. glossa 1. num. 47. tit. 4. Molina lib. 1. de iustitia & iur. disp. 250. Quos referens sequitur Thomas Sanchez in tractatu de matrimonio, tom. 3. lib. 8. disp. 2. sub num. 10. Et haec nota. Quoniam alibi digesta etiam apud eosdem Doctores vix reperies, sed potius intricatè, & confusè.

Ex toto hoc discursu à principio huius cap. praecipue ex distinctione, & de qua in tertia 26 veriori opinione supra adducta, num. 16. facile percipies, quam falsa, & improbabilis sit aliorum Doctorum resolutio, atque vana disputatio indistinctè dicentium, quod si quis procedat potestate ordinaria, & delegata simul, & ut Delegatus, & ut Ordinarius; praesumat potius vti potestate ordinaria, & non Delegata, pro ut tenet Al. x. consil. 55. volum. 5. libro 5. num. 6. Menochius de praesumptionibus, praesumption. 16. ex num. 8. Vantius de nullitate & defectu iurisdictionis ordinariae, num. 172. & quos refert Cenedus in questio. Canonica. 34. num. 8. & num. 7. in fine, Erasimus à Cochier. in tractatu de iurisdictione Ordinaria in exemptis, 2. part. quest. 14. num. 4. tom. 1. Quatenus indistinctè supponit, Ordinarium potesse in causa procedere vti Ordinatum, & vti Delegatum simul.

Quòd ex supradictis falsum est; etenim non est dare medium, quoniam si aut in totum 27 credit vti Ordinarius, & cum potestate Ordinaria; iuxta rationem textus in l. haec verba, ibi. Aut dies, aut nox est, ff. de verborum significatione. vt in casibus, in quibus aliàs de iure communi sibi competeat potestas, & cognitio sublata commissione; aut in totum procedit vti Delegatus in casibus, in quibus nouiter datur commissio, vt procedat auctoritate Apostolica, & similiter, vt dictum est, in quibus aliàs sibi non competeat de iure communi, pro ut & rectè, atque cum iudicio perpendit contra Paulum de Castro Sigismundus Scaccia de appellationibus, quest. 8. num. 86. in fine & numer. 51. Cui fauent distinctio haecenus adducta, quae in idipsum tendunt post tantam Doctorum exortationem.

Et comprobatur, quoniam in casibus, in quibus haecenus diximus, si non esse per 28 uam commissionem excitatam iurisdictionem Ordinarij; tunc statim breui manu iuxta textum in cap. ceterum, & in cap. Pastoralis §. ultimo de rescriptis, cap. sane el. 1. §. cap. Pastoralis, §. praeterea, de officio Delegat. latè Moneta de conferuatoribus, quest. 11. praemiss. 2. & de commutatione, vltimarum voluntar. capitul. 8. numer. 48. Et ministerio iuris tacita inducitur auocatio, & iurisdictione ordinaria in delegatam transfunditur; & in terminis probat post Quarantam, Azevedum, Menochium, Molinam, Cochier, & Riccium, Augustinus Barbofa in collectanea ad cap. licet in corrigendis 12. de officio ordinarij. Quos omnes citauimus supra in tertia opinione, num. 18. versicul. Et supradictam

opinione. Quare vel erit iurisdicção omnino delegata, vel omnino ordinaria, cum in eademmet causa vtraque potestate vti nequit, ex iam dictis, & late comprobatis, pro quo facit text. in cap. per hoc 17. de hereticis in 6. ibi: *Dioecesis Episcopis, quin & ipsi auctoritate Ordinaria, vel delegata (si habeant) in eodem procedere valeant, &c.* Ponderata illata aduerlatia, vel, tanquam si dixisset, quod etiam concurrente in Ordinario vtraque potestate, altera tantum procedere valet.

Doctores tamen supradicti rectè loquuntur, 29 & eorum assertio tunc legitime procedet, quando Ordinarius fuit expresse facta commissio in casu, quo aliàs de iure sibi competebar, & simul expresse dictum, vt Ordinarius queat simul procedere Ordinaria, & delegata potestate, non aliter, vide quæ infra, cap. final. hac 2. part. diximus à num. 24. *vers. Ad secundum autem, quos, atque idè ita intelligendi sunt omnino dicti Doctores cum hac suppositione, quæ vera est ex hæctenus dictis, & late comprobatis.* Atque sic, & benè post alios declarat Augustinus Barbofa in *pastoral. tom. 2. allegat. 92. a n. 11. & seqq.*

Quibus sic suppositis hæc in nostra materia deducenda erit præcisa Conclusio, vt in omnibus his casibus, in quibus probatum reliquimus, Ordinarium, vel speciali iure acquirere additamentum suæ iurisdictionis, & potestatis Ordinariæ, vel in quibus non alteratur, aut mutatur sua iurisdicção ordinaria in delegatam, sed potius conferatur, & dumtaxat excitatur: in iis igitur omnibus commissio in prima instantia lædere dicitur iurisdictionem ordinariam, si in tali commissione omitatur forma præcisa Sancti Concilij Tridentini in *cap. cause omnes. 20. session. 24. de reformatione*, vt putà quando subscripta non fuerit propria manu Sanctissimi, vt tunc per Senatum talis causa: sit faciendæ remissio Ordinario, cum per commissionem indubè percutiatur illius prima instantia. Vt 31 fecus sit è conuerso, quando aliàs de iure communi ille casus sibi nouiter Delegatus non competebar, in quibus commissio habet clausulam, *Autoritate Apostolica*, iuxta distinctos casus, quos in hoc membro superius per discursum scripsimus, & annotauimus.

Sed quid dicendum, quando Ordinario fit 32 commissio, tunc etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegato ex lege, aut Canone in casibus exemptorum (qui iuxta alibi late dicta subsunt immediatè Sedi Apostolicæ, & eximuntur ab ordinaria iurisdictione. De quo pluries diximus hac 2. part.) an in isto casu ordinaria videatur concessa potestas, an delegata.

Et in hoc reperio Zanchum in *tractatu de hereticis, capitul. 29. num. 4. tom. 11. part. 1. folio 261.* quem referens sequitur Scaccia in *tractatu de appellationibus, questio. 8. num. 87.* dicentes: Vt 33 ab Episcopo procedente tunc iurisdictione Ordinaria possit appellari ad Archiepiscopum, vel ad Papam, sed ab Episcopo procedente iurisdictione delegata contra exemptos appellatur solum ad Papam. Sed hi Doctores nihil difficultatem ferè absolunt.

Erasmus à Cochier in *tractatu de iurisdictione ordinaria in exemptos 2. part. questio. 14. motus distinctione tunc aliquorum ex Doctores superius citatis, vt nempe quando Ordinarij iurisdictione non excitata est, sed delegata, putà in casibus, in quibus aliàs de iure communi Ordinario deficiebat cognitio in illo casu nouiter sibi commissio, vt tunc tanquam Delegatus, non tanquam Ordinarius in commissio negotio procedit; ex quo ipse sub num. 3. inferit, quod cum exempti causa non pertinet Ordinario semota commissione, videtur ex ea procedere vt Delegatus, & non vt Ordinarius, nec ordinaria potestate.*

Sed contrarium in hac difficultate verius esse de iure censeo, tunc ducor ex doctrina dictæ declarationis Cardinalium 484. superius adductæ num. 23. *vers. Etia in terminis declarauit.* Ex qua constat, quod cum per Concilium Tridentinum sit data facultas Ordinario visitandi Ecclesias exemptas, etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, dicit declaratio S. Congregationis, tunc à visitante Episcopo tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, appellatur non ad Sedem Apostolicam, sed ad Metropolitanum, ex eo quod tunc ordinaria, tunc non delegata procedat auctoritate, vt ibidem probauimus; quia remota aut cessante exemptione, de iure communi ad Episcopum pertinet ordinium Ecclesiarum visitatio, vt obseruat DD. ibidem in comprobationem adducti. Hanc etiam partem per dictam declarationem Cardinalium tenet in terminis Villadiego in *speculo Visitatorum, fol. 35. num. 32.* Quæ proculdubio difficultatem nostram absoluit; eandem etiam sententiam in terminis tenuit prius Hostiensis in *ca. ad abolendam, de hereticis.*

Probat etiam manifesta ratione. Etenim exemptio supponit subiectionem, non enim quis potuit eximi ab Ordinario, quin fuerit de iure communi eidem subiectus: Rota vt per Alex. Ludouil. *decisio. 325. num. 2.* diximus supra *capitul. 16. num. 25. & sequentibus*, ex Rotæ decision. & quia priuato præsupponit habitum. At mediante impedimento exemptionis ablata est iurisdicção in aliquo casu Ordinarij; sed quando in iure datur facultas Ordinarij ipsi, vt in exemptum procedat super aliquo casu, tunc dicitur tunc auferri impedimentum, vt expeditè, liberè, & absque impedimento in illo casu procedat, vt in simili probatur in *ca. ad abolendam in fine, de hereticis, Beroius in Rubrica de officio Delegat. num. 57. ad finem*, sequitur Cenedus in *practic. Canonica, questio. 34. num. 4.*

Sed sic est, quòd quando prior auocatio iurisdictionis tunc ab Ordinario aliqua ex causa cessauerit; statim quod cessat impedimentum, & exemptio in illo casu, ipso iure Ordinarius in exemptum recuperat iurisdictionem suam, & quidem Ordinariam; per impedimentum namque ex dispositione hominis remotionem ipso iure subintrat iuris dispositio, & fingitur impedimentum hominis retrò non adfuisse, quàm plures Doctores probant, quos in vnum congerit Castillo *controuers. tom. 6. c. 143. §. unico, num. 15. vers. Secundus casus est.*

Et quia Ordinarij iurisdictione est naturalis, tunc 40 & fauorabilis, & quomodolibet sublato semel impedimento, res facillè reuertitur ad suam primæuam naturam, vt in his terminis exemptionis probat Federicus de Senis in *consil. 14. Felinus in cap. cum omnes, num. 8. de constitutionibus, l. assop. in l. si vnus, §. pactum ne peteret. num. 9.*

num. 9. ff. de pactis, Augustinus Barbofa in *collect. ad cap. cum tempore, sub num. 5. de arbitris*; & concludit benè quæ in his terminis, vbi plurimæ doctrinæ congeruntur, Nos probauimus hac 2. part. *capitul. 12. à num. 52. cum sequentibus, vers. Deinde quæ cum iurisdictione Ordinarij sit naturalis, &c.*

Pro cuius comprobatione elegans tunc est doctrina Rotæ Romanæ in *una Pacens. decimarum 15. Decembris 1608.* quam recenset Fatinacius nouissimè in *posthumis, tom. 1. decis. 201. fol. 92. & in num. 4.* in hæc: Placbat etiam aliquibus ex Dominis aliud motiuum, nempe cum partes, in quibus situm est territorium, de cuius decimatione agitur, sint de recuperatis è Manibus Maurotorum: intare priuilegium super integris decimis ab Urbano II. Regibus Hispaniarum concessum, & à Rota sapius Canonizatum, tunc præcipue verò in *causa Valentina Decimarum 27. Nouembris 1596. & 9. Iulij 1597.* coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio, & 20. Februarij 1598. coram Domino Pelegino. Et consequenter cessante in illis partibus dispositionem iuris communis, stante applicatione alibi facta per habentem potestatem.

Nec mouebat istos Dominos quod aliàs replebatur, tunc quod quando decimæ reuertuntur ad Ecclesiam, recuperant antiquam naturam, & tanquam impedimento de medio sublato, incipiunt debere de iure communi, vt fuit dictum in *causa Valentina Decimarum 10. Decembris 1601.* coram bonæ memor. Litta, quia respondendæ, hoc benè procedere respectu illius tunc patris, quæ per Ecclesiam reparatur legitime recuperata. Quo verò ad aliquam partem, quam Ecclesia non docet recuperabile; non posse fieri fundamentum super dispositione iuris communis, sed remanere obstaculum dictæ donationis, nisi Ecclesia doceat de remotione. Hæctenus de decisione.

Hinc etiam fit, quod decimæ laicis concessæ in feudum ante tunc Concilium Lateranense reuerse ad Ecclesiam, seu Prælatum, non possunt iterum infeudari laicis, vt per Mozius in *de contrariis, tit. de rebus, quæ in feudum dari possunt, num. 19.* Fachineum *controuersiarum, lib. 7. cap. 72.* Menochium *de presumpcionibus, lib. 6. presumpcionem 86. num. 3.* Camillum Borrellus in *Summa omnium decisionum, tit. 19. de decimis, n. 88.* Nicolaum Iustingol. *de feudis, quest. 44. num. 20.* Moneta in *tractatu de decimis, cap. 5. num. 73.* & per textum in *cap. probemus, ibi: In alios laicos posse aliquo modo transferri, de decimis, probat Augustinus Barbofa in collect. ad eundem text. num. 5.*

Facit etiam mirabilis illa doctrina, veraque opinio, & resolutio nostra, de qua in *tract. de Regia protect. 3. part. cap. 11. à num. 84.* Quæ habet, quod si beneficij iuris patronatus laici prouiso tunc ad Ordinarium, fuerit ob aliquam iuris legitimam causam deuoluta, teneatur Episcopus prouidere illa vice beneficium, ac si fuisset libera collationis, & Ordinariæ potestatis, hoc est, per concursum quando est Curatum, quia pro illa vice reuertum fuit in potestatem Ordinarij, & eadem potestate Ordinaria prouidetur, & sic liberè ex Sancti Cardinalium declaratione, ibi adducta, & ex aliis fundamentis legitimis, insuper corroboratis ex hæctenus adductis doctrinis, quæ vera sunt: & nostram opi-

nionem in dicto num. 84. nouissimè referens sequitur Augustinus Barbofa in *tractatu de officio & potestate Paroch. capitul. 2. num. 131. Roma impressio.* firmat etiam ipse in *pastoral. allegatio. 60. num. 18. in fine, & Galet. in Margarita casuum conscientie, verbo, Ius patronatus*, vbi adducit declarationem Cardinalium à nobis relata in dicto num. 84. Quæ omnia mirabiliter conueniunt penitusque absolunt nostram principalem questionem, de qua à num. 22. & sequentibus, & contra Erasum à Cochier superius relatum, num. 34.

Et post hæc ita scripta tunc vidimus Augustinum Barbosam in *Pastoralis, tom. 2. allegat. 92. à num. 17.* eruditè quidem huius difficultatis principalem qua versamur, veritatem callens (licet opinionem Cochier non referat) in hæc loquitur. Vel in concessionem semel remouentur obstacula exemptionis, aut priuilegiorum. Dicente non obstantibus priuilegiis, seu exemptionibus, vt in *ssion. 5. de reformatione, capitul. 2. in fine, versicul. Quatuor, & session. 7. capitul. 5. & 7. cum aliis, & de iure communi, Clementina prima de testamentis, & Clementina prima de sepulturis, & sæpe alibi.* Et in his terminis quidquid Ancharan. & alij existimant in *cap. hi qui, de prebendis in 6. Felinus in cap. licet, de officio Ordinarij, in principio, Alciatus in l. 1. §. si quis simpliciter, num. 12. ff. de verborum obligationibus*; asserentes Iudicem Ordinarium constitui Delegatam, cum eidem potestas conceditur contra exemptos: Verius tamen est, cum hoc casu reductio solum fiat ad ius commune, solum potestatem Ordinarij restitutam censeri, iuxta *dict. cap. cum aliquibus, versicul. Si verò, &c.* Cuius resolutio ex tot, ac validissimis fundamentis penè inuincibilibus hæctenus nouiter per Nos consideratis fuit, vera redditur, & secuta.

Igitur de primo ad vltimum sequitur, quòd cum per huiusmodi tunc commissionem in causa exempti facta Ordinatio tollatur pro tunc impedimentum; statim è ipso iure ipse recuperat suam iurisdictionem Ordinariam, quam antea habebat de iure communi. Ex quo manifestè conuenit Erasmus à Cochier, & eius fundamentum, quo dicit; hanc commissionem fieri Ordinario in casu, quo antea Ordinario non pertinebat cognitio mediante exemptione. Etenim Doctores supponunt omnes quando de iure communi Ordinario competit cognitio; prout hæc contingit respectu exempti ante exemptionis impedimentum, vt eo sublato Ordinarius ipse suam in eum Ordinariam iurisdictionem recuperet, & non vt Delegatus, sed vt Ordinarius, & ordinaria potestate procedit in causa commissi sibi, maxime cum sit commissi dignitati perpetuum, & ad vniuersitatem causarum, iuxta quæ late superius à principio huius Capituli fuerunt probata & deducta.

Quapropter si in his casibus & causis exemptorum, tunc in quibus per Concilium Tridentinum mandatur Ordinatio, procedere, & cognoscere, etiam tanquam Sedis Apostolicæ Delegato, commissio si alteri impetrata fuerit in prima instantia, non subscripta propria manu Sanctissimi, cum Ordinaria lædatur iurisdicção, & ex ea percutiatur Tridentina dispositio: erit hæc causa per Senatum indubè Ordinario ipsi remittenda.

Quales autem sint causæ, in quibus Ordinarius procedit inter, & aut contra exemptos & in eorum causis; in unum congesit Alcanius Tamburinus in tractatu de iure Abbatum, & Priuatorum, tom. 1. dist. 15. quest. 10. per totam, ybiacuratur, & mirabiliter integram insuper fecit tractatum de iurisdictione Ordinarij in exemptos, Erasmus à Cochier, quos in occurrenti necessitate videre poteris & consulere.

CAPVT XXVI.

Litteræ Apostolicæ percipientes primam instantiam Ordinarij, an sint indistinctè parti per Senatum tradendæ, vt coram Ordinario eis viatur.

Vel quarum sit facienda in Senatu retentione, Ordinario simpliciter cognitionis negotij facta remissione.

Et an litteræ gratiosæ in monitorialibus è Romana Curia emanatis insertæ fidem faciant.

Et numquid, quando in processu fulminato insertæ sint, an ad probationem originalibus desuper egeat impetrans.

S V M M A R I V M.

Litteræ Apostolicæ, seu commissiones ex quibus prima Ordinarij instantia percipi potest, duplici generis sunt, num. 1.

Exempla redduntur ibidem, & num. 2.

Commissiones in executionem gratia, non subscriptas manu Sanctissimi, percipientes primam Ordinarij instantiam, omnes indistinctè tradit Senatus impetranti, vt illis coram Ordinario viatur, num. 3.

Commissiones meræ iustitiæ non subscriptæ, & contra formam Tridentinæ, retinet Senatus causa cognitionis simpliciter Ordinario remissione facta, num. 4.

Litteræ gratiosæ duo continent separabilia, partem dispositiuam, & substantiam gratia, & partem executiuam accessoriæ ad gratiam, n. 5.

Executoris specialis datio ad gratiam ex defectu forme Tridentinæ, redditur nulla, & executor iurisdictione caret, num. 6.

Gratia tamen principalis intacta remanet; & valida, a num. 7.

Executoris datio ad gratiam est qualitas accidentalis, & extrinseca gratia, cuius substantiam non tangit, num. 8.

Accidentalia possunt mutari, & variari, non vitiosa substantia rei principalis, secus è contra, num. 9.

Accidentalia apponuntur, & eueniunt post dispositionis esse perfectum, num. 10.

Accidentalia extrinseca possunt adesse, & abesse præter subiecti corruptionem, num. 11.

Executoris datio, & commissio est accessoria ad gratiam principalem.

Accessorijs defectibus nihil detrahatur sua principali dispositioni, num. 13.

Clausula executiua non mutatur, alteratur, nec ampliant principalem dispositionem, num. 14.

Dilatio, temporis, aliæque conditio rescindit executionem contractus, non principalem dispositionem, hanc non reddit conditionalem, sed pura remanet, num. 15.

Executoris datio ad gratiam, & ipsa gratia separationem habent, & diuisibilitatem, n. 16.

Vtile per inutile non vitatur in habentibus separationem, num. 17.

Gratia correns in vna parte suslinetur in alia separata, num. 18. & sequentibus.

Collatio licet deficiat, non deficiat gratia reservata personis, num. 19.

Gratia subrogationis, si corrumpat quo ad licem, quia nulla adest, non corrumpit quo ad possessionis partem, num. 20.

Gratia pro parte nulla, & pro parte separabili valida, pro ipsa suslinetur, num. 21.

Executoris datio licet sit inefficax, & nulla ob defectum forme Tridentinæ, gratia principalis intacta remanet quoad substantiam, tradenda impetranti per Senatum, vt illa viatur coram Ordinario, cui causa sit remissio, num. 22.

Litteræ gratiosæ, in quibus constituitur, & alio, probatioque impetrantis, necessaria omnino ad causam per Senatum Ordinario remissam, illi sunt de necessitate tradende, n. 23.

Gratia percipitur per fiat, quoad substantiam ante litterarum expeditionem, quibus ad substantiam, non eget, num. 24.

Ad gratia probationem, vt ex ea in iudicium agi valeat, litteræ necessariae sunt, & ad earum expeditionem adstringitur impetrans, n. 25.

Gratia stat in lingua Principis, in scriptura testimonium, in executione commodum, n. 26.

Gratia absque litteris nequit probari, n. 27.

Gratia ante litterarum expeditionem non expirat per mortem Principis re integra, n. 28.

Gratia requirit scripturam, & probationem, ita vt nec testes sufficiant, num. 29.

Litteræ expeditæ, & deperditæ testibus probantur, num. 30.

Testes ad probandum circumstantias, & qualitates gratia admittuntur, licet ad substantiam probationem nequaquam, num. 31.

Stylus Senatus tradendi litteræ gratiosæ parti, vt illis viatur coram Ordinario, cui sit cognitionis remissio ex Tridentinæ, pronenit de necessitate iustitiæ, num. 32.

Stylus Senatus reuocandi litteræ meræ iustitiæ, percipientes primam instantiam Ordinarij, facta illi simpliciter causa remissione, validè comprobatur, a num. 33.

Litteræ meræ iustitiæ quales sunt, num. 34.

Litteræ iustitiæ non subscriptæ nulla sunt ex defectu iurisdictionis, num. 35.

Litteræ meræ iustitiæ, quæcumque sint, nihil coram Ordinario, cui sit per Senatum causa remissio ad iudicium ibidem iniitandum, profunt, nec parti impetranti, num. 39.

Commissionis alteri directæ virtute Ordinarij, cui Senatus primam instantiam remittit, procedere nequit, sed sua iurisdictione Ordinaria, n. 37.

Litteræ monitoriales, compulsoriales, remissoriales, executoriales, &c. emanatæ à principali commissione nulla ob defectum forme pariter nulle sunt, quia procedunt à radice infecta, num. 38.

Peccatum in capite membra etiam inficit, n. 39.

Destructio

Destructio antecedenti, consequens destructum remanet, num. 40.

Accessorium, siue tractetur de principali augendo, siue destruendo, aut confirmando semper huius naturam sequitur, num. 41.

Litteræ monitoriales, &c. sunt à sua principali commissione inseparabiles, cuius vitium participant, num. 42.

Sublato principali corrumpit accessorium quia eodem modo resoluitur, quo creatur, n. 43.

Annulata principali dispositione omnes clausulae in ea contentæ resoluntur, n. 44.

Infecta primitiua, infecta censetur derivatiua, num. 45.

Acta gesta à Iudice carente iurisdictione nulla sunt ipso iure, num. 46.

Gesta per Delegatum, aut Legatum contra formam Tridentinæ, in cap. causæ omnes, sunt nulla ipso iure, num. 47.

Litteræ iustitiæ contra formam Tridentinæ, vti inefficaces, & penitus inuitiles ad causam remissam Ordinario, qui ab initio iudicium incipit, frustra ei remittuntur, n. 48.

Frustra expeditur euentus, cuius nullus est effectus, num. 49.

Factum quod non releuat fieri non debet, n. 50.

Litteræ iustitiæ percipientes primam instantiam, si impetranti tradentur, maximum sequetur damnum, cum furuius illis vti possent, & reproductis in Rota contra recurrentem procederet in causa per contradictas, num. 51.

Inconueniens detrahens preminentiæ Regi, auctoritati Senatus, præbet occasionem turbationi vtriusque Reipublicæ, & damnum oppressis radicibus euitandum erit, num. 52.

Monitoriales, & alia rescripta contra plures (qua respectu aliquorum percipiunt Tridentinæ) cum horum causa Ordinario remittuntur, aliorumve nullatenus parti tradentur, vt illis viatur coram suo Delegato contra non remissos ad Ordinarium, num. 53.

Executoriales legitime per superiorem expeditæ, coram quo ex eis actio in factum proponitur contra debitorem condemnatum, ibidem non reperitur tradantur parti, vt illis viatur coram Ordinario, num. 54.

Monitoriales, & alia litteræ meræ iustitiæ in quibus inserta veniunt litteræ gratiosæ, an sint indistinctè tradende parti, vt illis viatur coram Ordinario, cui causa remittitur, num. 55. & sequentibus.

Litteræ originales gratia impetranti idè traduntur, vt illis coram Ordinario, cui sit causa remissio, vtatur, quia vt originales fidem, & probationem faciunt, n. 57.

Litteræ monitoriales principaliter sunt iustitiæ, quibus incidenter inscribuntur gratiosæ, qua vt exemplum informiter deductum, fidem, nec probationem faciunt, num. 58.

Instrumentum insertum in privilegio Principis non citat parte non probat, nisi originale exhibeatur, num. 59.

Instrumentum, quo aliud registratur absque Iudicis auctoritate, & partis citatione, non probat, num. 60.

Instrumentum, quo aliud refertur non probat, nisi appareat relatum, n. 61. & 62.

Litteræ monitoriales cum sint nulle ob defectum forme, & fidem non faciunt, multo minus litteræ accessoriae in eisdem insertæ, n. 63.

Annulatio principali instrumento resoluntur omnes clausulae in eo contentæ, n. 64.

Litteræ gratiosæ insertæ in monitorialibus auctoritate Iudicis carentis iurisdictione fidem non faciunt, num. 65.

Litteræ monitoriales percipientes primam instantiam, quibus gratia inserta venit indistinctè retinentur in Senatu, remissa simpliciter causa Ordinario, num. 66.

Litteræ originales de necessitate presentanda sunt Iudici ad exercitium iurisdictionis, ita vt transumptum Notarij aliis auctoritate non proficit, Litteræ gratia inserta in processu fulminato non probant, parte opponente, nisi originales exhibeantur, num. 68.

Et idem de copia priuilegiarum, n. 69.

Iurisdictione à tempore date litterarum adquiritur, non tamen eius exercitium ante originalium presentationem sibi factam, n. 70.

Deciso elegantæ Rota adducitur, vt litteræ originales, aliæque authentice non presentatae, non tribuant iurisdictionis exercitium, nec probent, num. 71. & seqq.

Citationis decretum vigore litterarum Iudicis non presentatarum est nullum ipso iure, n. 72.

Litterarum originalium transumptum etiam per Notarium, etiam testantibus fideliter transumptis illud, sicut non probat, ita nec sufficit vt eius presentatione adquiritur Delegati iurisdictionis exercitium, n. 73.

Imò tunc Iudex nulliter citationem decernit, n. 74.

Executor certus esse debet de sua iurisdictione per originale, non per exemplum minus solemniter deductum, num. 75.

Presentatio rescripti est de processu, & illius potissimum fundamentum, facienda solemniter manu publici Notarij, de qua solè Iudicis non creditur, num. 76.

Notarij solita verba non inducunt realitatem, nec probationem, n. 77.

Litterarum Apostolicarum transumptum deficientibus solemnitatibus requisitis fidem non faciunt, num. 78.

Deciso Rota, qua dicitur reuolidari processum per subsequentam litterarum presentationem, à principio non factam, reprobat ab eadem Rota, num. 79.

Transumptum litterarum in processu fulminato cum auctoritate Iudicis, & non contradicente parte, que non adest, vbi extrajudicialiter proceditur, & cum aliis adimiculis probat, num. 80.

Executor ante litterarum presentationem nequit exercere validè actum iurisdictionalem, num. 81.

Iudex, qui Ordinaria, & delegata potestate potest procedere, restringens se ad delegatam inuoluntam, nihil agit, nec ex Ordinaria actus suslinetur, num. 81.

Litteræ originales semel presentatae possunt exemplari, vt exemplum in actis remaneat solemniter deductum, & illius tenorem in citatione inseri, num. 83.

Rota alia singularis deciso refertur circa fidem adhibendam exemplo litterarum Apostolicarum originalium vt de sua iurisdictione certum sit, ibidem.

Presentatio rescripti debet fieri solemniter per manum publici Notarij, & appositione testium, num. 85.